

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Mauritius Christian Scriver

Exercitatio Anticalvinistica Sexta De Coena Domini

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738380237>

Druck Freier  Zugang



R. u. Nuol 1649

Mauritius, Augspurg

Hart Scriverius, Canisian

Exem. VI



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738380237/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738380237/phys_0002)

DFG

EXERCITATIO ANTICALVINI-
STICA SEXTA

67

de

COENA DOMINI

Quam

Ductore Spiritu Veritatis,

Consentiente Veneranda Facultate

Theologicâ in celeberrima Universitate

Rostochiensi,

P R A E S I D E

Viro Reverendo & Clarissimo,

DN. CASPARO MAURITIO,

S. S. Theol. Lic. & Log. Prof. Ord.

Publicè defendendam suscipiet

CHRISTIANUS SCRIVERIUS,

Rendsburg. Holsatus.

Habebitur in Auditorio Majori ad d. 12. Maij.

• 6(0) §



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO CLE 1649 IL.

Ru Heul
1649

1649

70

PARACELSUS INSTITUT
SCHLESWIG-HOLSTEIN

GENA DOMINI

Degout de la morte et de la mort
Collégiale de la morte et de la mort
Téologie de la morte et de la mort
Hollande



ROSTOCHE

DE MICOLOSI ET CERI

EXERCITATIO SEXTA

De SACRA COENA.

THESIS I.

B Incarnationis misterio & communica-
tione Idiomatum, ad Coenam Dominicam recto
ordine nunc deducimur. Et quanquam inter nos &
Calvinianos unica ferè thesis controversa agitetur
de præsentia Dominici corporis in coena, ut tamen
in clariori luce res collocetur, quatuor distinctis
theibus orthodoxis, quæ nostra est, de coena Dominicana sententiam
explicatam probatamq; dabimus. Primo enim ostendemus, recte literalem
sensum in verbis institutionis ab Ecclesia retineri; deinde demon-
strabitur, panem & viuum non tantum figuræ efficaces esse corporis &
sanguinis Dominici; sed corpus Christi & sanguinem realiter in sacra
coena esse præsentia, & mediantibus symbolis panis & vini ore comedti;
deniq; de indignorum mandatione aliquid dicetur. His ita consti-
tutis ad adiaphora veniendum: sed cum ea peculiarem disquisitionem
mereantur, præsenti exercitatione ea tantum adjaphora, quæ coenam
dominicam concernunt, in quibus familiam dicit fratio panis, sumus
ventilaturi, reliquis ad sequentem eandemq; ultimam Exercitationem
remissis.

s. 2. Atq; ut à fundamento exordiamur, hæc prima assertio esto:
*Recte & necessario in verbis institutionis sacra cena τὸ πνῶν vel
sensus literalis retinetur.* Quanto cum periculo à literali sensu recedatur,
vel argumento illud esse potest, quod si semel singendi glossandiq;
libidinem habere locum patiemur, nusquam illa, ubi consistat aut per-
dem figat, sit repertura. Calvinianorum varia glossemata qui legere
cupit aeat CL mos Slüsselburgium & Schröderum: quorum ille in Ca-
talogo pag 80, de Calvinian. XXXI: hic in Sceptro regali pag. 600.
seqq. XXVI. Calvinianorum glossas & depravationes Verborum Cœnæ

R

recen-

recenset. Atq; hoc est, quod magnus quoq; Chemnitius urget aucto-
de Fundamentis SS. Coenæ libello pag. 30. in hunc modum loquens:
Quando à simplici propria & nativa verborum sententia disceditur, tunc
in multis variis & dissimiles interpretationes & opinione, sicut manife-
stum est, verba illa distractabuntur, & dum quinque suam opinionem tuerit,
mens dubia & incertæ relinquieruntur: neq; enim hactenus inter ipsos conveni-
ri potuit, in qua voce colloquendus sit tropus, quæq; & quin sit tropus, quæq;
sit vera & constans verborum illorum interpretatio. Sed quoniam autores, tot
sunt sensus. Et cuilibet regi sua regina pulcherrima videtur. In tanta in-
terpretationum & opinionum varietate, quæ potest esse fidei & & $\omega\lambda\eta\varphi\omega\lambda\alpha$
sum semper restet ambiguae incertitudinis appendix: possent forsitan verba illa
aliter etiam exponi atque intelligi.

§. 3. Subnectit loco citato Chemnitius verba Lutheri, quibus ad
ipsum Filii Dei tribunal se productum ait hanc apologeticam: Domine
Iesu Christe, nata facta controversia & ortum certamen de verbis testamenti
tui. Quidam contendunt, verba ista aliter quam in propria & nativa
sententia sonant, intelligenda esse: Sed quia inter ipsos non convenit, quis
tropus & in qua voce sit colloquendus, non potuerunt unicam & certam in-
terpretationem illorum verborum constanter & consentienter ostendere: sed
in multis varias & dissimiles interpretationes & opinione distractarunt
verbis testamenti tui, non potuerunt itaque nec voluisse meam in hac tam gra-
vi controversia committere incertam illius variis & dissidentibus interpreta-
tionum & opinionum fluctibus. E contra vero vidi, si verba accipiuntur, si-
c ut sonant, in simplici propria & nativa sententia, tunc constanter reddi
unicam & certam sententiam. Ego igitur, qui statui, te voluisse unicam
& certam esse testamenti tui sententiam, in ea interpretatione acquieci, si
quam verba in simplici propria & nativa sententia unicam & certam red-
dunt & ostendunt. Si enim voluisses aliter, quam sonant verba illa, intelligi,
sine dubio adjectissimam & apertam declarationem, sicut idem fecisti in
illis locis in quibus allusione non est conjuncta cum tanto periculo, sicut in
verbis testamenti tui.

§. 4. Hactenus Lutheri verba plenissima fidei & & $\omega\lambda\eta\varphi\omega\lambda\alpha$
Sicnilia his sunt illa Hilarii lib. 6. de Trinit. pag. 67. Ignoscit omnipotens
Deus, quia in his nec emendari possum nec commone possum: tardè mibi vos
imp̄p̄b̄simos, quantum ego arbitror doctores etas nunc bujus seculi protulit,
& mox: Et in eo me judica, si crimen mihi est, nimium me per Filium suum
& legi

& legi & Prophetis & Apostolis credidisse. Et illa Richardi de sanct. Vi-
ctor. lib. I. de Trinit. Domine, si error est, a te ipso decepti sumus. Nam
ista tantum signis & prodigiis confirmata sunt, & talibus, quae non nisi per te
ipsum fieri possunt: & certe à summa sanctitatis viris sunt nobis tradita,
cum summa authentica attestatione probata, te ipso cooperante & sermone
confirmante sequentibus signis. Non possumus, quin gemina his CL. Ca-
lixti verba adducamus, quae habet Exercit. I. de Transubstantiatione
thes. V. Ponamus, inquit, errans nos, qui simplicem sensum, quem verba
propria & nativa sua significandi vi in intellectu gignunt, retinemus, atq;
eo nomine à Domino compellari & argui in hunc forte modum: Nolam
verba mea propriè & ut sonant, acceperit debuisset animadvertisse quod res ad
eum modum, ut verbis simpliciter capti à me prolatæ est, effici nequeat,
meamq; adeo potentiam supererit; & ad figuratas sensumq; figuratum vos con-
vertisse. Ponamus, inquam, nos ad eum modum ab ipso Domino reprobendis
respondebimus sane: Domine, si decepti sumus, à Te sumus decepti, quem cre-
didimus, si aliud voluisses, aliud quoq; effaturum fuisse, arq; adeo Te, quic-
quid dices velle, & quicquid velles, efficere posse: Maluimus itaq; verba
tuis simplice animo acquiescere, quam curioso & temerario tuam sive vera-
citatem sive potentiam in dubium vocare, si aberravimus, tuumerit, cujus
reverentia in errorem nos induxit, nobis clementer ignoscere. Ita respon-
debimus, nec ullus dubito, nos à benignissimo Domino veniam impetraturos.
Ponamus contraria partem, quæ à simplice sensu abborret, errare, & à Domino
ad dicendam causam evocari, hocq; vel simili sermone coargui: Cur per-
spicua mea verba iorristi, & non modo errorem negatæ mee in Eucharistia
presentia per ecclesiam longè latèq; sparsisti, sed simul portam evertendis
omnibus fidei mysteriis aperisti? cur simplius sensu verbi plenissimè ex-
presso contradixisti? cur alizer intellectus, quam ego locutus sum? eur infinitam
meam potestatem decempeda imbecillitas vestra metiri, & vel verita-
titati vel certe potentia mee detrahere ausi estis? cur vestram eriesita-
tam & elatas cogitationes in meum obsequium captivas non duxisti?
Quid responsuri sint, ipsi viderint. Hoc unum scio, non tam facilem fore ex-
cusationem & proinde nec forte veniam, quam priore casu.

§. 5. Sed ad assertionem nostram redeamus. Cujus probationi pau-
cula hæc præmittenda duximus. Primo, Quia putant Adversarii nul-
lum Sacramentum posse sine tropo explicari atq; intelligi (Vid. Calvi-
num l. 4. Instit. cap. 17. num. 21.) notandum: Tropum esse mutatio-

nom significationis nativæ & propriæ in alienam, ut ex Rhetorum præceptis clarum est. Unde patet ~~de~~ ~~pe~~ ~~g~~ illam notissimam, In, cum, sub, non esse tropum. Neque enim hic talis occurrit mutatio, quod notandum contra Calvinum l. 4. Inst. cap. 17. num. 20. Amplius id quoque notandum venit, tropum in explicatione sacramentum literarum tumdemum obtinere, cum id summa flagitat necessitas, eaq; non confusa, sive quam ratio fingit; sic enim peribunt omnia mysteria & articuli fidei, atq; spoliabuntur laude sancti, qui à clara litera non propterea sibi discedendum duxerunt, quod cum ratione pugnaret. Vide exemplum Abrahæ Gen. 18. Rom. 4. 18. seqq. Ebr. 11. 19.. Illustris est regula quam hinc inculcat Augustinus l. 3. de doctr. Christ. cap. 16. Si, inquit, locutio præceptiva aut flagitium videtur jubere, aut utilitatem & beneficem vitare figurata est. Dices: & hic juberi ~~en~~ ~~de~~ ~~g~~ ~~w~~ ~~o~~ ~~r~~ ~~t~~ ~~o~~ ~~p~~ ~~a~~ ~~j~~ ~~i~~ ~~a~~ ~~v~~. Respond. Crassam illam ~~en~~ ~~de~~ ~~g~~ ~~w~~ ~~o~~ ~~r~~ ~~t~~ ~~o~~ ~~p~~ ~~a~~ ~~j~~ ~~i~~ ~~a~~ ~~v~~ detestamur, ut seq. thesi patebit. Ceterum duæ sunt Troposophorum Calvinistarum celebriores sententiae. Una Zwinglii, qui collocat in copula est tropum pro significat: Altera Oecolampadii, qui in prædicato corpus tropum foget & explicat per symbolum corporis: à quo non abit Calvinus explicans per signum corporis lib. 4. cap. 17. num. 20. seqq. Quæ posterior sententia hodie communis est, quamvis non placeat Chamiero Tom. 4. Panstrat. lib. 10. cap. 4. num. 5. ubi in copula collocat tropum. Vide cap. II. ubi negat Calvinum tropum in prædicato collocare, ut ut fateri necessum, habeat à Calvino dici enunciationem Metonymicam, neq; tamen ~~en~~ Hoc impropriè explicari. Alios, qui contendunt, neq; in subjecto neq; in prædicato tropum esse, esse tamen propositionem Metonymicam & tropicam tanquam nimis absurdos & falsos dimittamus. Nullus quippe Rhetor ad eum modum propositionem tropicam nobis descripsit. Falsitatem cumulant, cum dicunt; duplē esse Metonymiam, tam apud Grammaticos, quam apud Rethores. Quis talia portenta unquam fando audivit? Rectè Leidenses Disp. 45. thes. 65. de sententia Crellii, figuratam propositionem Logicam Rhetoricae opponentis, atq; illam toto enunciato, hanc voce definitis, judicant: Cum Logica mentis & interne rationis, non sermonis sit, ejus figurata prædictio nulla est, sed figura Rhetorica elocutionis tantum. Et quamvis ejus causa ab attribuzione est, sedes ramen in parte aliqua & certa est. Hactenus Leidenses, qui

qui Bucerum collocantem tropum in voce demonstrativa Hoc refusant thes. 69. Zwingium vero thes. 70. defendantem nō est accipi pro significat non relinquunt indefensum. Perperam! Tò est quippe nihil significat, sed tantum copulat, & de vōs mēā y uat & om̄eior ēst à illa & cōmparātivū ut ex lib. mēo. éq̄m. cap. 2. tycones norunt: si nihil significat, utiq; sedes tropi esse nequit: per hunc enim significatio propria demigrat in alienam, ut negare non possunt Leidenses, qui tandem th. 71. cum Oecolampadio collocant tropum in prædicato, putanq; hac propositiones æquipollere, Panis & vinum ēst corpus & sanguis Domini: & ēst communio corporis & sanguinis domini, non qna panis. sed qua fideles communionem habent cum corpore Christi. Cæterum thes. 73, tropi genus esse dicant Metonymiam signati pro signo: & ēst quidem signa hujusmodi, quibus presentia conjuncta & unita suo modo sunt (nempe sacramentaliter, id est, realiter quidem, puta & ceteris respectivè, non autem substantialiter) res significatae corpus & sanguis Domini: imo hec signa ēst quasi vehicula, instrumenta, per qua exhibetur seu offertur omnibus, credentibus vero consertitur, datur & a fidelibus sumitur ipsissimum corpus & sanguis Christi. Hæc est sententia Leidensium, infra examinanda. Saltem hic juvat audire Bezam cujus verba existant Oper. Volum III. pag. 204. Epist. V. ad Alamannum: Certe corporis & sanguinis nomina nimis absurdum foret a fructu & efficacia mortis Domini interpretari, vel ad solum ipsius spirituale institutum restringere, quod ut quam plenissimè intelligatur, age pro hū vocibus, corpus & sanguis, substituamus illam interpretationem & dicamus, Hoc est efficacia mortis meæ, quæ pro vobis traditur, & hoc est Spiritus meus, qui pro vobis effunditur. Quid ineptius est hac Oratione? Nam certè verba illa, quod pro vobis traditur, & qui pro vobis effunditur, necessario hoc te adiungit, ut de ipsamet corporis & sanguinis substantia hoc intelligere cogaris, &c.

§ 6. Deinde cum dicimus ad p̄t̄rōv esse retinendum, intelligimus id de verbis oīēt̄rōḡi, seu constitutivis hujus Sacramenti. Ubi notandum tres esse actus hujus Sacramenti formam constituentes, Consecrationem, seu benedictionem, distributionem, deniq; mandationem & bibitionem. Scilicet hæc verba: Edite, hoc est corpus meum, pro vobis traditum, bibite, hic est sanguis meus pro vobis effusus, nos propriè atq; ut jacent dicimus esse accipienda, licet rem exponant sensus omnes atq;

judicium rationis excedentē. Si enim mysteria nō voluerit admittere nisi ratione explicari possint, peribit omnis mysteriorum ratio, peribit articulus de Trinitate, Incarnatione, Resurrectione, ut testantur eventa superioris seculi, quo ex Calvinianorum Schola prodeentes post eversum hoc mysterium tentaront quoq; articulos modo dictos Servetus, Georgius Blandrata, Alciatus, Valentinus Gentilis, Franciscus Davi-
dis, Adam Neuserus & alii Photiniani,

§. 7. Non autem negamus, in descriptione Institutionis Sacrae Co-
næ apud Lucam & Paulum occultari quandam figuram. Hoc tamen
addimus, eam figuram verbis propriis & simplicissimis explicuisse Mat-
thæum & Marcum: quippe quod Paulus dicit, Corpus fractum, id reli-
qui explicant: in mortem acerbissimam traditum. Quod si Adversarii
suas quoq; figuræ ab uno Evangelistarum expositas monstraverint, ma-
nus ipsi lucentissime daturi sumus. Quod autem attinet verba Lucæ:
Hoc poculum est N. T. in meo sanguine, qui pro vobis effunditur &c.
Palam est familiarem & tralatitiam figuram esse, qua continens poni-
tur pro contento, Calix pro vino. Corpus autem pro figura corporis
nuspiam in Scriptura oceurrit. Imo quod figuratè dictum videri poter-
rat, à Luca confessim explicatur, sermone simplici in meo sanguine. Hæc
quippe determinatio *τὸ ποτόν μόνον τῷ αἵματι με*, quod non
debeat jungi cum verbis *καὶ νῦν διαθήκη*, sed cum voce *πάτερ* patet
exo, quod post vocem *διαθήκη* fuisse articul⁹ n̄ repetendus, si ad illam
immediate *τὸ αἷμα* pertineret hoc modo: Hoc poculum est *η καὶ νῦν δια-*
θήκη η τῷ αἵματί με. Neq; enim poculum quod dicitur effusum,
intelligendum formaliter quod Graeci vocant *εἶδος φαινόσεως*, abstra-
cte, sed materialiter *en τοιούτοις* s. concretè respectu contenti, quate-
nus in officio, ordine ac unione mystica constitutum est. Beza putat esse
στολὴν φανῆς in Verbis Lucæ, sed repugnat Heinsius & Dieu, qui no-
tant ex indole lingua Ebraæ & Hellenisticae id dictum esse, ac si dixisset
Lucas: Hoc poculum est N. T. *τὸ ποτόν αἵματι με* (*οὕτων*) *έπιχυνόμενον*.
Tantum de voce poculi apud Lucam. Vocabula autem Testamenti dici
potest continere figuram, sed in phrasi Latina, non autem Ebraica s.
Syriaca, quæ Servatori familiaris fuit. Apud Ebreos enim nihil est so-
lennius, quam efficiens poni pro effectu, Verb. gr. Deus est vita, salus,
fortitudo nostra, quia harum omnium rerum causa & largitor est. Ad
eundem

eundem modum Christus Ebraismo si Syriaismo usus formam à vul-
gari loquendi modo minime alienam (Vid. Buxtorff. Juniores in Exer-
cit. Sacr. in Instit. S. Cœna historia thes. 21.) adhibuit, quando dixit: Hic Calix N. T. est, hoc est, quod ex hoc Calice bibitur, est causa Novi
Testamenti in meo sanguine, h. e. per meum sanguinem (ad indolem
Ebræorum ɔ, quod significat in & per) fundati, constituti, sancti, qui
se sanguis pro vobis effunditur. Tandem notandum: Quanquam in
voce *Hoc Lutherus Synechdochen collocaverit*, non tamen intellexit
Synechdochen Rheticam & Tropicam sed Grammaticam, non qui-
dem illam quam in Syntaxi figurata proponunt Grammatici, sed quam
ita vocavit Lutherus, quia propriis verbis est concepta & intelligenda.
continet plura conjuncta: id quomodo fiat in ipsa probatione ostendendum.

§. 8. Assertioni sic explicata sequentem subjungimus demonstratio-
nem: Quæcunq; explicatio (1.) mysteriorum rationi, (2.) naturæ pro-
positionum exhibitorum (3.) naturæ testamenti (4.) Indoli Sacra-
mentorum N. T. (5.) Non tantum consentienti Evangelistarum atq; Pauli
sententiaz, verum etiam aliis scripturæ locis est aceommmodatissima, ab illa
non est recedendum. Atqui explicatio litteralis τὸ πῦρ in Verbis
Cœna est talis. E. Major negari nequit. Minoris V. sunt membra, I.
sic probatur. Tolle enim τὸ πῦρ & substitue figuræ cum Calvinianis,
quod natum remanebit Mysterium? Nullum. Omnia erunt rationi &
sensibus pervia & compræhensibilia. Vide Calv. Inst. lib. 4. cap. 17. n. 7. 32.
Membrum II. sic probatur: Propositionum exhibitorum ea est indo-
les atq; sententia, ut exprimant id quod aliis tradimus & exhibemus. Il-
lud vero si plura contineat conjuncta, seu si plura conjunctum exhibe-
atur, voce quam prædicati loco ponimus id exprimimus, quod aliæ in-
cognitum & sensibus minus obvium est, ut proinde indicari opus sit,
quomodo tradito saceculo dicimus, hoc est aurum summa eentum du-
catorum: sacculum videmus, sed quod sacculo continetur non constat,
ideo ab eo qui dat seu porrigit, exprimitur. Membrum III. probatur.
Minimè verisimile est Christum supernam suam voluntatem ambiguo
colorato & improprio sermone voluisse exprimere, cum ne id quidem
homines faciant, ne lis inter hæredes exoriatur. Gal. 3. 15. Membrum
IV. prob. In Veteri quippe fædere dominabantur figuræ & umbræ. N.
autem T. rem ipsam exhibet. Membrum V. prob. Nullus in re tantum
momen-

momenti Evangelista, Apostolus vel minima quidem monitiuncula ad tropum nos dicit. Nec ullus potest produci Scripturæ locus, in quo Corpus Christi ponatur pro Symbolo vel signo corporis. Quæ hic ab Adversariis objiciuntur exigui sunt momenti, & publico confictui reservanda.

§. 9. Fundamento tñ pñtñ jacto superstruimus assertionem secundam: Non sufficit dicere; Panem & vinum esse figuræ efficaces corporis & sanguinis Christi. Ad hunc enim modum Adversarij explicant, cum Panis, inquit, est figura corporis & quidem non otiosa seu inanis sed efficax, quia virtute corporis Christi nutrimur nos & refocillamur, quemadmodum alias panis corporibus nostris nutrimentum præbet atque alimentum suppeditat. Hæc inquam, minimè sufficiunt: est namq; panis cum vino etiam instrumentum, medium, seu vehiculum, quo mediante reveræ nobiscum communicatur verum corpus & naturalis sanguis Jesu Christi, modo sacramentali. Cæterum unum hic notamus, nos contra Veterem hic non pugnare, quorum nonnulli oppido tamen pauci dixerunt, panem esse signum & figuram corporis Christi. Hæc quippe Veterum assertio velut à posteriori sive è contemplationibus posteriorius institutis enata est. Prius enim quod attinet, nemo Veterum est, qui corpus & sanguinem Domini in coena adesse negat, nemo abesse affirmat, omnes clamant adesse, accipi, imo panem mutari, quia videlicet ex vulgari pane sit talis panis, qui sit *xerwica* corporis Christi, h.e. medium seu vehiculum, cum quo nobis corpus Christi communicatur. Postea autem attendentes similitudinem, inter panem & corpus, quod panis nimis suo quodam modo cœlestem nutriendi virtutem corpori Dominico insitam figurare aptus est, dixerunt panem esse figuram corporis, quod nec nos negamus. Tantum dicimus, non tantum esse figuram. Rationes assertioni tertiaz subnectentur.

§. 10. Hæc velut *κατ' ἄρτον*: *κατὰ θεόν* hæc nostra est sententia, quam novæ includimus assertioni, tertiaz nimisrum: *Corpus Christi* realiter & substantialiter est in cana præsens & mediante symbolo panis comeditur: *Sanguis* item realiter & substantialiter præsens mediante vino bibitur. Huic thesi certatum contradicunt Calviniani. Admonit. Neostad. p. 47 Res significat corpus & sanguinem Christi, non nisi ex manu ipsius Christi, per fidem & Spiritus S. officiam

ciem in cordibus percipi: p. 103. Ore corporis nibil sumi in cena Domini
prater panem & vinum: p. 109. omnem ingressum substantia carnis Christi intra hominum corpora quantumvis subtilem, Spiritualem, caelestem
supranaturalem, vel contranaturalem, arcanam & incomprehensibilem
cum verbo Dei pugnare censem. Consensus Orthod. p. 97. statuit: figura
externo Sacramenti usu corpori & sensibus praesentem esse & offerri,
veritatem vero fide & intellectu virtute Spiritus in verbo contingere & ac-
cipi: p. 112. Non alio modo praesens in cena credi posse Corpus Christi, nisi
quatenus vere percipitur ut Spiritualius anima cibus ad vitam p. 138. Cor-
poralem & externum in mysterio Cœna institutam manducationem, non
posse ex serie Verborum proprie intelligi: de ipso met corpore Christi quasi si-
mul & cum pane realiter dato: Non enim dixisse Christum: Hoc est corpus
meum, accipite & manducate illud, sicut haec quidam improba falsitate ru-
di populo intelligenda proponunt. Privatorum Doctorum verba hic addu-
cere nihil attinet; est enim res tota manifesta. Leidenses modò audivis-
mus, aperiè negantes, corpus Christi substantialiter conjunctum esse
cum symbolo panis.

§. II. Antequam Orthodoxiam nostram stabiliamus atque hete-
rodoxiam profligemus, duo duximus monenda. I. Cum realiter esse
praesens dicimus corpus Christi, nos minime statuimus impanationem,
inclusionem corporis Christi, inexistentiam & consubstantiationem.
(hi enim modi omnes sunt physici) sed dicimus esse praesens modo su-
pernaturali. Quanquam vero Theologi nostri modum aliquem pone-
re interdum videntur, secundum quem praesens sit Christus, non tamen
eorum intentio est, hujus mysterii modum scrutari, sed corporis adstrue-
re praesentiam. Sic cum dici solet In, cum, sub pane accipi corpus Do-
mini, non est mens nostra modum ostendere, sed tantum praesentiam,
qua vix videtur adstrui posse, quin simul aliquis modus videatur signifi-
cari & adstrui. Absit autem ut intelligamus ullum modum Physi-
cum sive localem. De praesentia certi sumus, modum nos divinæ sapien-
tiæ, potentia & veracitati relinquimus. Ex dictis id secundo constat nos
minime intelligere manducationem Capernaiticam aut Cyclopicam
lanienam, qua caro Christi instar vitulinæ dentibus atteratur, per gut-
tur in ventrem traiicitur, in ventre digeratur &c. Neq; enim physicò
modo praesens est corpus Domini, ut physicè manducari possit. Neq;
cum dicimus ore corporis comedì corpus Domini nos intelligimus

S

man.

mandationem oralem, qualem dicitur Nicolaus Papa dictasse Berengario confitendam, qua Christi corpus alteratur dentibus & in stomachum demittatur. Hæc duo cum minimè observasset Author Orthodoxi Consensus, opus suum mole haut exiguum (NB.) perpetua ignoratio ne Elenchi complevit.

§. 12. Nos pro præsentia Corporis Christi in Cœna sic argumentan ur. Id quod in Sacra Cœna exhibetur ore Corporis manducandum, quodq; à Communicantibus accipitur & comeditur, est realiter & substantialiter præsens in Cœna. Atqui Corpus Christi &c. Ergo. Minor probatur. De quo Christus dicit, Hoc est corpus meum, Illud est corpus Christi. Atqui de illo quod in S. Cœna exhibetur ore corporis manducandum, quodq; à Communicantibus accipitur & comeditur, dicit Christus, Hoc est corpus meum. Ergo quod in Cœna exhibetur est corpus Christi. Secundum argumentum hoc esto: Illud intelligitur per τὸ τέλον, quod in V. T. intelligitur per τὸ Ecce Exod. 24. Atqui τὸ Ecce ibi erat demonstrativum rei coram & substantialiter præsentis, sanguinis scilicet, sine figura aut tropo, Ergo & τὸ τέλον, &c. Major probatur Ebr. 9. 20. Tertium hoc: Illud intelligitur in hac prædicatione, Hoc est corpus meum, quo explicatur ἡγιανία realis & vera inter panem benedictum & corpus Christi. Atqui sive ampliatiuē cum Pontificis, sive significatiuē cum Calvinianis explices, neutrubi explicatur vera & realis ἡγιανία, Ergo significatio hæc Calvinianorum hic non intelligitur. Et horum quidem argumentorum tanta evidensia est, ut Heidelbergensibus Calvinistis Orthodoxam Confessionem expresserint in libro cui titulus: Aufführlicher Bericht pag. 70. edit. primæ. Verba hæc sunt: Der Leib Christi sei im Brot nicht als in einem Geschirr/ sondern als in einem Geheimniss/ vnd wird mit dem Munde gessen Sacramentlich/ wenn das Brot/ welches ein Sacrament vnd heilsmes Zeichen des Leibes Christi ist/ mit dem Munde gegessen wird. Quæ tamen verba in Editione posteriori dieuntur omissa, Sed hæc cum aliis transierint.

§. 13. Nunc figuræ Calvinisticas dispellamus. 1. Sic arguimus: Quæcunque expositiō repugnat (1.) τῷ φύτῳ (2.) naturali & legitimo figuratiō loquendi modo (3.) ipsi manifestae determinationi Christi & Pauli, illa non est admittenda. Atqui Expositio Calvini & Sociorum eius talis,

talis. Ergo, Membrum I. Minoris ita probatur: Jubemus manducare, panem & corpus, bibere vinum & sanguinem. Quas voces propriè nos capimus, nec torqueri ullo modo patimur. II. Membrum Minoris constat: Si enim id quod Calviniani volunt, dicere Christus voluisse, utique non dixisset: Hoc est Corpus meum, seu, panis est corpus meum, sed contra: Corpus meum est panis, seu cœlestis ille cibus, item sanguis meus est vinum, seu potus Spiritualis. Atque sic ipse quoq; Christus consuevit terminos locare Joh. 15. 1. Ego sum vitis Joh. 6. 35. ss. Caro mea est cibus, non contra. Illud enim in quo proprietas quæ exprimi debet, magis est lucida, prædicari debet de eo, in quo minus est clara & perspicua, v. g. Virum animosum & fortē designaturi dicimus: Hic homo est Leo, non, hic Leo est homo &c. Sic vafrum, astutum: Hic homo, putā Herodes, est vulpes. Ita dicendum fuisset: Corpus meum est panis. Tertium Membrum probatur: Determinatio enim Christi hæc est: Corpus quod pro vobis traditur, sanguis qui pro vobis effunditur. Ergo non figuratum corpus, sed verum, verus item sanguis quippe N. T. fundamentum, à quo omnes figuræ & umbræ exulant, Conf. Paulum 1. Cor. 10. 16. Argumentum II. esto: Si in nulla integra enunciatione Signatum quatenus tale de Signo in casu recto prædicatur, sequitur, neq; in hac, Hoc est corpus meum, prædicari Signatum seu significatum corpus de pane, signo suo. Atqui Verum prius, Ergo & posterius. Minor patet: Nam quanquam v. g. Toga tanquam signum pacis sápè usurpatur pro pace, non tamen integrum orationem efficiendo dicere possum Toga est Pax, & ita in aliis. Nec potest ullum idoneum & probati Viri exemplum proferri, qui ejusmodi enunciationem construxerit, cuiusmodi scilicet singunt Calviniani, ubi Signatum de Signo in casu recto positum fuerit. Vide CL. Graweri Antiparænum propugnaculum. Tertiò, si verba Christi, hoc est corpus meum, ita sunt resolvenda, hic panis est signum corporis mei, sequitur, Christum in verbis cœnæ nullam prorsus instituisse manducationem corporis sui, nec fidei, nec oris, sicut planè statunt Photiniani Calvinianorum pulli. Atqui secundum Calvinianos prius est verum. E. & posterius. Connexio Majoris inde patet: Ecquibus enim verbis instituisset dominus manducationem corporis sui, nisi illis, Edite, hoc est corpus meum. Atqui his verbis instituit secundum Calvinianos non nisi manducationem signi corporis, hoc est, panis. Nulla ergo his instituta relinquitur manducatio corporis

poris Christi sive oralis sive spiritualis per fidem. Nec est, quod dicantur, signa non esse vacua rebus signatis, sed eas habere connexas. Respondeamus enim, nos verba institutionis requirere, quibus Christus iussit manducare & bibere res signatas. Nulla enim consequentia est: Christus iussit ore manducare panem in his terris existentem, qui est signum duntaxat, corporis sui in celo existentis. Ergo etiam per eadem verba iussit manducare fide corpus suum. Si autem ex mandatione panis recte colligitur manducatio corpus Christi, tanquam connexi, necessario sequitur, etiam incredulos manducare corpus Christi, quod tamen pertinaciter negant Calviniani. Tandem sic concludimus: Quaecunque interpretatio nihil praeter nuda symbola absentis corporis & absentis sanguinis relinquit, ea est Anabaptistica, impia, blasphemica, teste Beza Epist. 5. Atqui Interpretatio Calvinianorum talis est. Ergo Minor probatur: Quanquam enim amplissimis verbis protestentur & dicant Calviniani: Christi corpus vere, realiter (addunt nonnulli, substantialiter) adesse (sobintellige fidei) tamen & hoc dicunt, tantum a nobis distare, quantum distat sumnum celum ab hac nostra terra. Quod pronunciat Beza in colloquio Possiaceno; & pronunciare alios quoque omnes Calvinianos necessum est. Negant enim omnes, corpus Christi adesse in his terris: negant corpus Christi esse in pluribus locis & praesertim illis omnibus, in quibus S. Cœna administratur: negant aliter in N. Testamenti Sacramentis adesse sanguinem Christi, ac fuit praesens in V. Testamento. Vid. Calv. lib. 4. Inst. c. 14. sect. 23. Relinquit ergo, quicquid dicant Calviniani, quod veri sint Anabaptistæ. Neque est, quod dicantur, fidei haec esse vim, ut res futuras, & absentes possit reddere praesentes. Ubi enim hoc scriptura afferit? Adde innumera, quæ inde sequuntur, absurdia. Nam & creatio mundi, passio Christi, & rursus resurrectione mortuorum una cum extremo iudicio res praesentes erunt. Si praesentes, ergo nec præteritæ, nec futuræ. Adde, quod hinc sequitur, nullam esse fideliū spem posse: quia spes rerum est absentium & futurorum Rom. 8. 24. 25. Summa summarum, quia Calviniani dicunt, corpus Christi fidei tantum praesens esse ultro consequitur, non esse realiter in cœna praesens: sed tantum intentionaliter, objectivè & in imaginatione: imo, quia dicunt, corpus Christi tantum in celo esse & non in terris, sequitur, nec fidei praesens esse posse, cum fides in terra & quidem in anima hominis existat, nec sit in celis, ubi adest corpus Christi. Vide CL. Graw, in Absurd.

furd. pag. 158. seqq. & pag. 168. ubi docet, absurdum esse eandem vocationem manducandi semet positam figuratam esse & non figuratam; figuratam nempe respectu animi & fidei, non figuratam respectu oris & corporis, sicut illam vocem, ut cætera omnia detorquent Calviniani.

S. 14. Superest controversia de manducatione indignorum, de qua nostra est sententia, quod ipsi quoq; indigni non tantum figuram corporis, verum etiam ipsum corpus ipsumq; sanguinem Christi ore accipiant. Contra Calviniani, qui neminem, ne fideles quidem & electos ore accipere corpus & sanguinem Domini modis maximis contendunt. Ultrinq; est consensus circa manducationem spiritualem: (quaer quomodo à Sacramentali difficit, notissimum est) hanc enim in infideles cadere utriq; negamus. Quinam autem per indignos sint intelligendi, quodnam item sit judicium, de quo loquitur Apostolus i Cor. XI. 29, non est una utriusq; partis sententia. Crocius contra Affelmann. duplicum docet dignitatem & indignitatem, unam personæ in fide & infidelitate: alteram tractationis, qua in diligentibus aut neglectiori exploratione constat. Dignitas personæ est tantum vere credentium, indignitas personæ solorum incredulorum. In quos indignitas tractationis semper quoq; cadit; interdum etiam in fideles. Hinc quoque duplex judicium, unum correptionis, alterum condemnationis. Igitur infideles sunt edendo obnoxii, item illi fideles, qui se negligentius probant. Hæc Crocius, in quibus sibi parum consentanea docet. Si enim communicantes sint fideles, utiq; indignè tractare corpus Domini nequeunt. Quicunq; indigne edit & bibit, is reus fit corporis & sanguinis Christi, sibiq; attrahit condemnationem. Quod de fideli quatenus tali assertere, nimis est absurdum & falsum. Duplex judicium, merum est commentum. Neq; id sequitur inde, quod indigni dicantur ab Apostolo dormire, item corripi, ne cum mundo condemnentur: quæ ratio Bucerum quoq; & Piscatorem permovit, ut crederent hic per indignos intelligi infirmos in fide. Nam vox dormire etiam impiis tribuitur in sacris literis i. Reg. 14. 20. cap. 16. 6. cap. 22 40. Dan. 12. 2. &c. De piis cum addito dicitur dormire, sed in Christo i. Cor. 15. 18. Porro correptio non fidem præsentem arguit, sed admonitionem de agenda poenitentia. Et omnino credibile est, morbis admonitos Corinthios, de quibus Paulus loquitur, ante mortem resipuisse. Quare indignos eos dicimus esse, qui non probant seiplos, hoc est, qui non agnoscunt sua peccata, non doleant, ut hæc ratione se iplos judicent, qui non examinant se, an sint in

fide vera 2. Cor. 13. 5. qui deniq; se ipsos non exercent; at satis seruum
deinceps habeant propositum de vitandis peccatis, quorum remissio
communicatione corporis & sanguinis dominici ob-signatur, non re-
conciliantur proximo &c.

s. 15. Sententiam veriorem sic probamus: Si indignè edentes rei
sunt corporis & sanguinis Christi, sequitur, eos, non figurastantum,
sed ipsum quoq; corpus & sanguinem Christi accipere. Atqui verum
est prius. E. & posterius. Major patet: ita naraq; dicendi sunt fieri cor-
poris sanguinis Christi rei, sicut Judas & milites Christum crucifigen-
tes facti sunt rei, qui quidem sanguine Christi respersi sunt, sed nullo
cum suo fructu. Dices, fieri reos spernendo, sicut violatores insignium
Principis rei sunt. Respondeatur, hos non corporis Principis, sed maje-
statis ob violata insignia reos & esse & dici. Secundò: De quocunq;
pane Paulus locutus fuerat in præcedentibus & nominatim cap. 10. 16:
eum quoq; accipiunt indigni. Atqui de pane, qui est κοινωνία corporis
Christi, Paulus dixerat. Ergo. Major ex ipso textu patet: non enim dici-
tur, qui manducaverit panem simpliciter sed cum addito, qui indigne,
manducaverit panem hunc. Qui si κοινωνία est corporis Christi, con-
ficitur, unà cum pane accipi ipsum corpus Christi. Id quod tertio sic
probatur amplius: Si indignè manducantes propterea rei sunt judicii,
eo quod non discernunt Christi corpus, sequitur eos ipsum Christi cor-
pus accipere. Atqui verum prius, Ergo & posterius. Major probatur.
Non enim ait Apostolus, reum fore judicij, qui spernit (quomodo ve-
ro spernerent reprobri donum, quod secundum Calvinianos non cadit
in reprobos, quod ad eos non pertinet, quod nec eis destinatum est nec
efficaciter oblatum? Nunquid non Deus in iustus esset, tales si puniret?)
sed qui non discernit: ea nimurum, quæ sunt copulata. Est enim διάκρi-
σις rerum copularum & conjunctiarum: quales in sacra coena
sunt panis & Christi corpus, item, Vinum & Christi sanguis.
Tandem: Si Coena Domini dignè sumenti est Sacramentum, indignè
sumenti non est Sacramentum, sequitur, quod fides faciat Sacramentum
& incredulitas destruat. Atqui verum prius. E. & posterius. Majoris
connexio firma est. Minor est adversariorum, statuentum indignè su-
mentibus Coenam Domini non esse coenam, sed potius prophanatio-
nem Coenæ. Quod perperam statuitur. Quomodo enim prophanari
potest

potest id quod non est? quomodo abuti infideles possunt S. Cœna, quam non accipiunt? quasi tu dicas, hominem, cui vini ne guttula quidem, aut panis ne mica quidem suppetit, vino & pane abuti. Recetè Augustinus Tom. VII. lib. 3. cont. Donatist. cap. 14 fol. 272. Nec interest, cum de Sacramentii integritate & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit sacramentum: interest quidem plurimum ad salutem viam: sed ad Sacramenti questionem nihil interest. Fieri potest, ut homo habeat integrum Sacramentum & perversam fidem. Audite, qui matulum, immo nullum Sacramentum accipere infideles defensitis? Audite eundem Augustinum Tom. II. Epist. 164. fol. 474. dicentem: Tolerat ipse Dominus Iudam, Diabolum, furem & venditorem suum; sicut accipere inter innocentes Apostolos, quod fideles non brunt, PRETILL M SULL M. Plura Patrum testimonia pro firmando Orthodoxia nostra, qui cupit, adeat Chemnitium cap. X. fundamentorum S. Cœnæ, pag. 55. seqq.

S. 16. Quæ tum contra ultimam hanc assertiōnē nostrā, tum contra præcedentes opponere & excipere adversarii solent, ea dudum à nostris egregiè protrita sunt & eviscerata. Nolumus cramben illam re-coquere. Unum quin hic moneamus, facere non potuimus. Id suggerit Forbesius in Instruct. Histor. Theolog. lib. 14. cap. 7. pag. 732. cum tale dilemma nobis opponit: Aut illa, quam Lutherani prædicant, mandatio corporis Christi corporaliter una eademque est cum mandatione illa, qua jubentur manducare panem; & sic erit visibilis & carnalis, id quod ipsi negant Lutherani; aut erit diversa, & sic in verbis Christi sensu proprio ac simplici acceptis nūpiam comparat. Et hic tanta est inter eos incertitudine & explicationis difficultas, ut alii unam eandemque esse profiteantur, in qua sententia fuisse videtur Chemnitius cap. 8. fundamentorum. Et disertè Enradus Dietericus in iis Institutionibus Catecheticis affirmat unam mandationem sacramentali cum pane eti verum corpus Christi. Alii constituunt duas mandationes specie diversas, ut Hutterus in loc. Commun. art. 19. cap. 3. & in Iren. cap. 13. Et Johannes Gisenius in suo Calvinismo disp. 18. tb. 49. Negat interim Hutterus corpus Christi per se ac propriè manducari loc. Commun. art. 19. cap. 1. quest. 4. Hieremias Nicolai scribit in sua Lucerna Theologica, Dominum uno eodemque præcepto corpus/uum pani uatum, simul & junctim, ore corporeo edere jubere. Et hanc esse corporis Christi mandationem propriè dictam: Lycyn. lib. 5. cap. 27. S. 3. & 14. Et

Balthasar

Balthasar Mentzerus in sua Exegeſ. Aug. Conf. in explicacione definitione
ſacra Cœna num. 14. ait, corpus & ſanguinem Christi, propriè loquendo, ſeu
in Grammatica ſignificatione propria loquendo, edi ac bibi. Hæc Forbe-
ſius. Respondemus, proponendo haud abſimile dilemma: Quando
concurrit cauſa prima cum ſecunda ad agendum, aut utriusq; cauſæ eſt
una & indiviſa actio, aut non eſt. Si non eſt, contradicitur Philoſopho-
rum conſensui & veritati, ut alibi docetur: Si eſt, ergo utraq; viſibilis eſt
tam primæ quā ſecundæ cauſæ. Quod hic responderint Calviniani, id in
ipſos quadrare oſtendetur. Nimirum concedimus una eademq; man-
ducatione edi corpus & panem, panem immediate, corpus mediante pa-
ne benedicto, ſed negamus inde ſequi intentum. Neq; inter Theologos
noſtros contradicſio eſt, ajen-tes propriè edi corpus Christi & negantes
forte, corpus Christi propriè edi. Negantes quippe modum reſpiciunt,
& volunt, non edi modo naturali, corporali, proprio & physico. Ajen-
tes rem reſpiciunt ipſam, & volunt, edi proprium & naturale corpus
Christi oraliter & propriè, non modo proprio & naturali, ſed myſtico
atq; Sacramentali, non immediate, ſed mediante pane benedicto. Sum-
ma, manducatio panis & corporis, quoad instrumentum eſt eadem,
quoad modum autem diversa.

S.17. Cum iis quæ hactenus diſputata ſunt, coniunctione eſt contro-
verſia de *Fractione panis prefigurativa*. In qua ut majori cum dex-
teritate verſemur ex Disput. quædam Cl. Mylii Th. 30. seq. exſcribenda
ſequentia censuimus. Verba ejus ſiſ habent: Non eſt in praſenti quæſtio,
Quid in Cœna ultima inſtituto hoc Sacramento Christus fecerit, fregeritne
panem, nec ne, quam diſcipulis dedit, Quem ab ipſo fractum fuiffe, facile
faretur, qui non expreſſum modo tenorem verborum inſtitutiones inſpererit:
ſed mens etiam paſchalis ritum obſervaverit, quo conſuetum fuīt panes a.
zymos grandiores apparare, ea & amplitudine & trahitie, ut vel ſinguli,
vel pauci ſaltem toti familiæ ſufficerent. Nec quæſtio eſt, Uirum ſimilem
pani Eucharistici modum Eccleſia vetuſta unquam uſuparit. Non enim
litem moveamus Durando, qui in primitiva Eccleſia oblatum fuiffe unum ma-
gnū panem ſcribit, & omnibus ſufficientem. Quod adhuc Graci ſervare
dicuntur. Et, per nos obtingeat licet, quod in Chryſotomi Liturgia & forma
panis & ejusdem ſecandi, culeroq; concidiendi ratio expreſſa legitur, quam
Gentianus Heretus, hiſ verbis deſcribit: Eſt panis etiſſus & fermentatus
& figura propemodum ſphericus. Non eſt etiam de eo controverſia, An
hac

bac res sit in conditione indifferente posita, ita ut si cui Ecclesia propter graves causas allubescat, ealem ritum postliminio introducere, quasi hoc ipse non licitum ac liberum esse debeat. Quin neque de eo molesti cuiquam futuri sumus, si sint in Ecclesia aliqua quamplurimi, iisque optimi, qui super taliteru non reducio scandalum patiantur, quid hoc casu fieri debere, lex etiam ipsa charitatis jubeat. Denique non ita importuni sumus, ut ritum aliquot seculorum usu comprobatum, quo placent etenuissima & orbiculares fiunt, denarioli instar, ut Durandus loquitur, qua in Coena adhibentur, et quam necessarium & simpliciter immutabilem obtrudere cuiquam cupiamus.

§. 18. Hæc Mylius optimè, qui statum controversiae verbis sequentibus sic format: De hoc cum novatoribus & correctoribus novellis disceptatio nobis intercedit, utrum fractionis ejus ritus, quam violenter & intempestivè atq; circa causam justam ullam nuper in Ecclesiam invenerunt, sit in administratione cœnae aliquid necessarium, Ein ganz nötiges Stück, quemadmodum libellus Marpurgensis loquitur, cui titulus: Kurher vnd schriftmessiger Bericht vom Brotbrechen/num sit pars illius legitima administrationis primaria, Ein Hauptstück des Hochwürdigen Abendmahls/sic verbo Dei mandata, ut omitti aut mutari nullo modo debeat; imo sine eadem legitimè administrari sacramentum Cœna omnino nequeat. Ritui, qui à Calvinianis observatur talu est. Coquuntur ab istis panes non azimi, quales sunt nostri, quos nebulae panis appellant: sed fermentati, quos solidos & fortes panes nominant, tanta magnitudini, ut quaterni communicantibus unu sufficiat. Qui ad mensam publicam appositi, in conspectu populi à Ministro Ecclesia, sub magni misterij nuncupatione, in IV. partes dividuntur, divisag parts manibus communicantium potriguntur, propriæ opera singulæ à singulæ ori ingerenda. Hoc (pergit Mylius) est grande illud misterium, quod correctoribus isti revelandum Deus tanto seculorum cursu reservavit, scitu observatuq; tam necessarium, ut propter hujus jacturam, orbis Christiani salus, & veritas ipsa religioni Evangelica periclitata sit &c. Huc enim tendunt accusationes Calyrianorum in publicis scriptis: Christus hats besohlen/dessen Befehl nachzukommen ja nötig ist. Glauhen derwegen/das sich diejenige irren/ die das Brotbrechen für ein Mitleidung halten / welches man so wol unterlassen als gebrauchen möge. Item: das Brotbrechen ist angeordnet/ weil man sich lieber den Reformirten Kirchen gemäß halten/ den mit des Papst Hoffarb sich behelfen vnd flicken sol. Item: Das Brotbrechen unterlassen vnd dafür Ostien im

T

Abende

Abendmahl gebrauchen/ist weder Apostolisch noch Evangelisch/ sondern
Baptisch. Vide Palatinorum Erewherz. Ermahn. p. 7. Anhalt. Bericht
von Ceremon. pag. 89. Endl. Ablehn. pag. 211. Sed de Papatu quod di-
cunt, nihil est. Neq; enim nostris ritibus hactenus missaticum sacrificium
stabilitum est, neq; Calvinistarum fractione impeditum, ut res ipsa clamat.

§. 19. Summa, fractionem panis adversarij contendunt Cœna sacre
partem esse, alii quidem essentialē & substantialem, sine qua cœna non
sit amplius cœna Domini, alii integram. Omnes in eo conspirant, ut
dicant necessariam esse proprieτātē, hoc est, propterea, ut fractio
panis aliquid repræsentet & adumbret. Marpurgensis libellus cuius ante-
est injecta mentio, geminam repræsentationem inculcat. Primam ponit
in passione & morte Dominica, cuius necessaria omnino est recordatio, que
siat commodiſſimè in fractione panis. Editurenim panis Eucharisticus pro
applicatione: frangitur autem pro recordatione mortis Christi. Et quia pro
verbo Tradendi, quo Lucas usus est Cap. 22. 19. Apostolus utatur verbo fran-
gendi: ideo sine ritu fracti panū, quo nobū primaria & principali partū
istius in Cœna Dominicā sicut adumbratio, Cœnam istam plenē & legitime
celebrari neq; debere neq; posse &c. Alteram adumbrationem esse de unita-
te corporis Ecclesiastici. Ad quam Apostolus 1. Cor. 10. 17. & 1. Cor. 12. respi-
ciat. Ut autem ea, que exigitur, symmetria coalestamus in unum corpus, sie-
ri neutiquam posse, si peculiarem quisq; hostiam seu panem Eucharisticum
accipiat. Hæc Marpurgenses.

§. 20. Cœterum ἀναλογία istam quo pacto explicit commode
& intelligibiliter, haud invenere hactenus Calviniani. Quid enim ad-
umbrabit panis fractio? nunquid fractionem ossium aut corporis Chri-
sti? Sed hoc scriptura adversatur, ut postea audiemus. Dices: atqui Pau-
lus dicit corpus Christi esse fractum. Respondeo, si hæc verba sunt Cœ-
na essentialia aut integrantia, sur nullam aut mutilam cœnæ descriptio-
nem Evangeliste tradidere, quod dictu horrendum. Sed querere ex Cal-
vinianis lubet, quomodo hæc ipsa vox frangendi apud Paulum sit ac-
cipienda. Alios audio dicere cum Piscatore, ne videantur nihil respon-
disse, suo modo frangi corpus: alios audio Metaphoras crepare, & vel
ad mortem & crucifixionem; vel ad lacerationem; vel ad cruciatus &
dolores; vel ad perfoctionem manuum & pedum; vel ad separationem
anima & corpore accommodare: de quibus vid. CL. Mentzerus Tom.
III. Gies. pag. 298. seqq. Postremi ineptissimi sunt. Si enim propterea
de-

de corpore Christi dicitur fractio, quia anima separatur à corpore, sequitur, etiam sanguinem dici debere fractum, quia & ab hoc anima separantur. Dices cum Crocio advers. Afflm. p. 268. Omnes in eo convenient, quod panis fractione representetur dolorosa passio Christi, qua fuit atritus & plurimi cruciatibus fractus &c. Respondeo, audire me quidem verba, sed solidum eorum fundamentum requirere. Et oportune nunc in mente veniunt verba B. Lutheri Tom. VI. Jenens. fol. 73. seqq. Es gehet ihnen/ gleich wie jenem Darren/ der eine Wassermühle auf einem Berge bawet/ da die Mühle bereit war/ fraget man ihn/ wo er Wasser nehmen wolte. Da sprach er/ siehe/ da habe ich warlich nicht angebacht. Also ist den Schwärmer auch so jäh nach der Deuteley vnd gleichnisse/ das sie dafür nichts bedenken können. Wann man nun ihnen gerne wolle gewonnen geben/ vnd solche Gleichnis annehmen/ vnd begehrer/ das sie lehren/ worinne solche Gleichnis des Brots mit dem Leib Christi steht/ müssen sie auch sagen/ siehe da haben wir warlich nicht an gedacht/ wir meinenet/ wann wir Gleichnisse nennen/ so stünden sie da/ dann unser Geist hat von Anfang Gott sein wollen/ das alles sein sollte/ was er spreche/ siehe das heisset sich selbst abgerant mit eigenen Worten. Hæc Lutherus benè, præclare, nec potuit mellus!

S. 21. Nunc ad rationes nostræ assertionis convertamur. Prima est: Si fractio panis est pars Cœnæ essentialis, sequitur, apud omnes eos, qui fractionem omittunt, nullam cœnam administrari, adeoq; in Ecclesia per multos annos nullam cœnam esse administratam. Posterius est falsum. Ergo & prius. Dices: quicquid fiat de eo, an sit administrata cœna, nec ne, constat tum exemplo Christi, tum 2. ejusdem mandato 3. Apostolica observatione 4. ipsius Eucharistia ab hoc ritu indigetatione 5. mysticarum cogitationum designatione atq; arcanorum maximum adumbratione, panem in sacra Cœna esse frangendum. Verum hoc si sufficeret, eodem jure concluderem, immersionem in baptismō esse necessariam. De hac enim adest mandatum, Baptizate, quæ vox propriè significat immergere, ut adversarij ipsi fatentur. Patrocinatur immersioni exemplum Christi, Apostolorum, & primitivæ Ecclesiæ: deniq; Paulus inde pulcherrimam exstruit analogiam Rom. 6. 4. Videint, quid hic sint responsuri Calviniani. quicquid vero responderint, sciant, id sibi responsum à nobis esse. Nimurum in tota hac collectione committitur ignoratio Elenchi. Non enim simpliciter queritur, an, sicut

Christus fregit panem, ad distributionem scilicet, à nobis quoq; frangi possit debeatq; sed id quæritur, an frangi debeat gratia repræsentationis & adumbrationis sive præfigurationis. Hoc extremè negamus. Sed nec mandatum Christi hic monstrare possunt. Urgent quidem nō Hoc faciē: sed facile omnes perspiciunt oculati, hæc verba non ad fractionem, sed ad manducationem referenda esse, ipso Apostolo judice, qui sic expōnit: Quotiescumq; panem hunc ederitis &c. mortem Domini annunciate. Quod si ad omnes circumstantias nō Hoc Facite extendere voluerimus, etiam nocte, etiam extra tempula, etiam cœnæ tempore tantum, etiam recumbentibus, nec nisi Paschatis tempore erit cœna admistranda. Porro infirmum est argumentum ductum à notatione nominis: cœna quippe dicitur hæc actio à tempore, neq; tamen inde sequitur, tantum cœnatis dispensanda hæc misteria esse. Et notum est, frangendi vocem apud Ebræos scopè complexè sumi, pro fractione & distributione. Si complexè sumatur, haut diffitemur, distributionem esse partem cœnæ essentialem. Sed sic extra statum quæstionis versamur. Vide Galvinum in Act. 2.46. Similitudinem inter panem & corpus Christi, inter viennam & sanguinem Christi agnoscimus, deq; eo diximus §. 9. Sed & hoc agnoscimus repræsentari, quod Patres inculcare solent: sicut ex farina multa unus sit panis, ex acinis uvarum expressatum multis unum sit vinum: ita ex piis uno & eodem pane vinoq; communicantibus, unum in Christo fieri corpus. Sed, quod inde colligunt Calviniani, nihil est. Si enim ad unitatem spiritualem designandam necessaria est fractio panis unius, & distributio in multos, quid fieri diverso panes vescientibus in una sacra cœna apud Calvinianos? quid fieri his, qui diversis in locis communicant, diversisq; panibus vescuntur? nunquid hi communione illa, quam præfigurari dicunt, destituuntur? & nunquid tantum illi quatuor, in quos una massa apud Calvinianos dividitur, communionem colere dicendi sunt? Sed hæc nimis conspicue falsitatis missa faciatmus.

S. 22. Secunda ratio, eaq; principalis, hæc est. Quod de uno affirmatur, de altero simpliciter negatur, id esse fundamentum similitudinis & analogiæ bequit. Atqui fractio de pane affirmatur, de corpore Christi simpliciter negatur Joh. XIX. 33. E. fractio non potest esse fundamentum similitudinis & analogiæ. Excipiunt hic plurima. Primo dicunt, apud Paulum dici corpus fractum. Si fractum est, utiq; aut propriè

propriè fractum est aut Metaphoricè. Non illud, ut manifestum
est; Ergo hoc. Porro si est Metaphora, est quoque analogia qua-
dam, quæ alia non potest esse, quam inter panis fractionem & cor-
poris fractionem &c. Respondeo, toto celo errare adversarios. Fate-
mur, corpus Christi esse fractum Metaphoricè, ducta metaphora à sum-
mis doloribus, diraq; & lenta morte crucifixionis, quâ ratione dicit
Esaias cap. 53. 5. Christum attritum esse propter iniquitates nostras: &
Ezechias Esa. 38:12. queritur, quod sicut Leo contiverit omnia ossa
ipsius Vide Ps. 22. 15. 18. 19. Atque ad hunc modum ipse quoq; Calvinus
explicat Comment. in I. Cor. XI. pag. 141. ubi sic loquitur: *Aliqui ex*
ponant de panis distributione, quia corpus Christi manere integrum oportet. Gr. Ego Gr. frangi interpretor immolari, impropriè quidem, sed non
absurdè. Nam utcunq; nullum os multilatum fuerit, corpus tamen ipsum pri-
mo tet tormentū & cruciatib; deinde crudelissimo mortis supplicio exposi-
tum, non potest illasum dici: *hoc frangi, vocavit Paulus.* Rectè. Sed quid
hoc ad nostram Andromachen? Ubinam Paulus dicit à nobis esse fran-
gendum panem, ut figuretur & adumbretur fractio corporis Christi?
Hoc requirebamus: hoc est οὐρανόμενον; hoc nisi ex scriptura monstra-
veris in Elenchi ignoratione manifestò deprehenderis. Nisi demonstra-
veris, inquam: nam argumenta à probabili seu excludente absurdum
nimis sunt debilia, cum agitur de re ad substantiam sacramenti perti-
nente. Sed fortius stringamus adversarios. Analogia est comparatio
eundem θεον habentium, seu eandem vel similem rationem obtinen-
tiuum. At qui panis & corpus non habent eandem vel similem rationem,
sed dissimilimam: panis quippe in particulas discerpitur, corpus non
est communitum in particulas. Ergo inter hæc duo immanis est disre-
pantia, nec ulla intercedit similitudo. Et vero si similitudine tanto-
pere delectantur, cur non panem flagellant, cædunt, pungunt,
ut tanto sit expressior representatio? Neque est, quod hic distin-
guas inter ossifragum & σωμα πυλασιαν seu corporis fractionem,
dicasque illud in scripturis de Christo negari, non autem hanc.
Respondeo, in corpore humano non carnem, sed solida ossa propriè
dicifragi. Et certè Johanni bellum indicunt tales glossæ, spud quem
exstat talis vox (συντριβήσεται) qua omnes dissectio, avulsio, luxatio
& fractio sive ossium, sive totius corporis structuram sive juncturam ar-
ticulo.

ticulorum species. Tandem dicunt panis fragio propriè dicto, corporis fractionem impropriè dictam repræsentari, & hoc fine comminiscuntur analogia diversi modi. Sed distiunculae sunt, & petitur id, quod est in principio. Quin contra principia disputatur, cum propriè dictum panis fragium fieri debere contendunt, ut impropriè dictam corporis fractionem repræsentet. Si enim fractio panis ut signum adumbrat fractionem corporis Christi in cruce ut rem signatam, sequitur in rem signatam magis quadrare fractionem quam in signum. Propter quod enim unumquodq; tale est, illud magis talis est. Et terminum significacionis in signato esse oportet, non in signo. Atqui Calviniani rem invertunt, & terminari fractionem in pane, ut ideo dicatur corpus Christi fractum, quia frangitur panis, & magis convenire fractionem panis, impropriè autem & minus corpori contendunt. Nec est, quod objicias exemplum circumcisionis factæ membro genitali: hæc enim primaria intentione Christum ex semine Abrahami nascitum significabat. De quo vide CL. Frantzium de sacrificiis disp. IX.

S. 27. Tertio sic ratiocinatur: Omnis analogia sacramentalis N. T. debet esse clara atq; ad minimum clarior Veteri Testamento. Atqui analogia inter fractionem panis & corpus Christi non est clara, nec est clarior V. T. E. analogia illa non est analogia Sacramentalis. Majorem qui negat, is lucere solem negabit. Minor autem est manifesta. Nam nec clara est illa analogia, in qua tot sunt dissidia ipsorum adversariorum: & vero umbra V. T. v. g. agnus paschalis multo clarius repræsentavit corpus Christi pro nobis in mortem datum, quam id præstat fractio panis. Nec est quod dicant adversarii, idololatriam quandam esse, si quis aliam communionem cum Christo in sacramentis N. T. statuat, quam in V. fuit, adeoq; tam in V. quia in N. T. præfigurationes dominari. Quam enim hoc adversante veritate dicatur, agnoscunt alii, qui fractionem panis non quidē præfigurare fractionem dicunt corporis Christi, sed tamen repræsentare & figurare: præfigurare n. esse è longinquuo futurum ostendere. Esto: ergone figuræ etiam in N. T. locum habent? Atqui hoc expreßè negat Apostolus Colos. 2. Ebr. 10. Excipies, N. T. continere εἰκόνα ὑπερχόντων: ubi εἰκὼν est, ibi esse imaginem & figuræ. Respondeo, minimè gentium. Etenim, qua præsentia Patres in V. T. Christum habebant, ea per εἰκόνα sive expressam imaginem hic non intelligitur. Atqui figurata & umbratica præsentia Christum sibi

sibi praesentem in sacrificiis habuerunt. E. umbratica & figurata praesentia hic per imaginem non intelligitur. Excluduntur ergo figuræ Calvinisticæ. Porro excipiunt, quanquam agnus paschalis crassius representaverit corpus Christi, esse tamen in pane evidenticrem representationem, quæ consistat in verbo promissionis &c. Quid audio? evidentiæ extero illi ritui conciliat verbum? Atqui contrarium potius verum est, quod verbo evidenter sit sacramentum, quanto evidenter est quod videtur, quam id quod auditur: ἐργάτην quam ἀρχεγόνην. Nec sacramentis opus esset, si major esset evidentiæ verbi, quam sacramentorum. Tandem ἀναλογία inter agnum Paschalem & Christum est evidenterissima, quantum quidem permittit Veteris Testamenti captus: ἀναλογία inter panem & corpus Christi est infinitis partibus obscurior, incohærens, & humanis ratiunculis excogitata.

§. 24. Ultimum argumentum hoc est: Si in priore Cœnæ parte talis ἀναλογία est constituenda, sequitur, quod etiam sit constituenda in posteriore. Atqui verū prius, secundum Calvinianos. E. etiam posterior. Si Majorem concederint, aliter subsumimus: Atqui falsum posterior. E. etiam prius. Majoris connexio inde patet: qui a cibis integrantibus in parte anteriore totidem respondent actus integrantes in parte posteriore. Si igitur pars Cœnæ prior habet actus integrantes quinq; non potest non totidem habere pars posterior. Ceterum non consentiunt adversarii in explicanda ἀναλογία. Alii enim dicunt in hoc consistere analogiam, quod, cum sanguis in ora fidelium infunditur, significetur effusio sanguinis de latere Christi. Et hoc detorquent nobilissimas Antiquitatis sententias. *Ora nostra sanguine Christi rubore ait Cyprianus.* Et Augustinus, *Hoc, inquit, accipite in pane, quod pendit in cruce, hoc accipite in Calice, quod effluxit è latere.* Item, *sanguinem ejus sub vini specie & sapore potamus.* Alii dicunt in hoc consistere analogiam, quod, sicut vinum è vase majore in poculum effunditur, sic sanguis Christi effundatur è venis. Respondemus & posterioribus quidem, si ad eum modum permittatur cuivis fingere, quod collubium est, Theologos deinceps pictoribus atq; poetis in audendo & fingendo haudquaquam concessuros. Unde probabitur, Christum è vase majore in poculum effusisse vinum, atq; huic similitudini viam stravisse? Adde, quod representatur id, quod est Invisibile, teste Bucano in Instit. Theolog. pag. 566. 571. Unde conficitur, sanguinis effusionem, quippe quæ visibilis est,

repræ.

repræsentari minimè posse. Prioribus respondemus: sic in posteriore parte esset analogia ejusdem modi; nam & sanguis & vinum propriè effunduntur. Absurdum autem, in unius Cœnæ institutione gemitam analogiam constituere. Dicta Patrum rectè habent: loquuntur enim, de unione sacramentali panis & corporis, vini & sanguinis, quam nos propugnamus, quam Calviniani oppugnant, & hoc sine fractionem, panis adhibent. Id enim testatur Pareus de Symb. sacram. & ritu fractionis lib. 2, cap. 16. fractionem nempe panū urgeri, à Calvinianis, & adhiberi, ut sic præsentia corporis Christi reali in Sacra Cœna ex cordibus hominum avelatur. Quod diligent observatione dignissimum est. Hæc enim vera causa est, cur hactenus in fractionem illam panis Calvinistam, ritum alias ἀδιάφορη, consentire Ecclesiæ nostræ nec potuerint, nec debuerint. De quo, Deo juvante, Exercitatione ultima pluribus agetur.

COROLLARIUM I.

Queritur: An liceat babere altaria in N. T.? An vero iis submatris substituenda lignea mensa? Affirm. prius.

II. Num liceat hostiā uti? A.

III. Numquid illæ hostiæ seu placentaæ orbiculares in Ecclesiis nostris usitatae sint verus panis? A. Constant enim ex farina & aqua ita inter se commixtis, ut crassiore humore per calorem extermum absunto consistant, atq[ue] masticeri & in corporis nutrimentum cedere queant, qua est genuina definitio panis.

IV. Numquid licet Ministero Sanctam Cœnam administranti indui veste sacrâ purpureâ, candidâ? A. Ex Analogia sc. V. T. & ad testandum cordis candorem ac munditiam, quomodo angeli leguntur apparuisse vestitu candido Matth. 18. &c.

V. Quonam Idiomate verba Cœna pronuncianda? R. Vernaculo.

VI. Nunquid nostru[m] manib[us] est panū apprebendendus, non ore; Calix item in manus tradendus, non ori admovendus? R. Liberum est. Λαμβάνει generale est & ore quoq[ue] sit. Job. 19. 39.

VII. An porrectio cœnae que fit agrorū licitatis? R. Et utili & licita est exemplo universæ antiquitatis.

VIII. Numquid licita est panis elevatio? A. Non quidem ad adoracionem, sed commonistrationem & communis actionem: Sursum corde.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738380237/phys_0029](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738380237/phys_0029)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738380237/phys_0030](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738380237/phys_0030)

DFG

sibi præsentem in sacrificiis habuerunt. E. umb
sentia hic per imaginem non intelligitur. Excludu
vinisticæ. Porro excipiunt, quanquam agnus pa
sentaverit corpus Christi, esse tamen in pane ev
tationem, quæ consistat in verbo promissionis &
dentiam extenso illi ritui conciliat verbum? Atq
verum est, quod verbo evidentius sit sacramentum
est quod videatur, quam id quod auditur: *ex æd*
sacramentis opus esset, si major esset evidenter ve
torum. Tandem *avælogia* inter agnum Paschalem
dentissima, quantum quidem permittit Veteris Test
avælogia inter panem & corpus Christi est infinitis pa
cohærens, & humanis ratiunculis excogitata.

S. 24. Ultimum argumentum hoc est: Si in p
lis *avælogia* est constituenda, sequitur, quod etia
posteriore. Atqui verū prius, secundum Calvinianos.
Si Majorem concederint, aliter subsumimus: Atq
E. etiam prius. Majoris connexio inde patet: qui a
in parte anteriore totidem respondent actus integ
riore. Si igitur pars Cœnæ prior habet actus integ
poteat non totidem habere pars posterior. Cæteri
adversarii in explicanda *avælogia*. Alii enim dicun
analogiam, quod, cum sanguis in ora fidelium infu
effusio sanguinis de latere Christi. Et huc detorque
tiquitatis sententias. *Ora nostra sanguine Christi rubeat*.
Augustinus. Hoc, inquit, *accipite in pane, quod peperi
cipite in Calice, quod effluxit è latere!* Item, *sanguine*
G. sapore potamus. Alii dicunt in hoc consistere ana
vinum è vase majore in poculum effunditur, sic sang
datnr è venis. Respondemus & posterioribus quide
dum permittatur cuivis fingere, quod collutum est
ceps pictoribus atq; poetis in audendo & fingendo ha
cessuros. Unde probabitur, Christum è vase majore
disse vinum, atq; huic similitudini viam stravisse? Ad
satur id, quod est *Invisibile*, teste Bucano in Instit.
S. 271. Unde conficitur, sanguinis effusionem, quippe



ta præ
æ Cal
repræ
ræsen
o? evi
potius
entius
. Nec
imen
st evi
ava
, in

te ta
da in
rius.
rius.
tibus
oste
non
tiunt
ere
retur
An
s. Et
c ac
becie
sicut
ada.
mo.
cin
on.
flu
sen.
66.
est,
eg.

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.